

4206.

1347 d. 25 Juli.

Själevad.

Kyrkoherden i Ragunda **ERIK GUMMESON** gifver till ärkebiskopsbordet sin andel i laxfisket i Rämmeforsen i Ragundaån, hvilken han köpt af tre bröder för 7 Jemtländska mark.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Ericus gummonis rector ecclesie rafwndum in terra iempcie. salutem in domino sempiternam. Ad omnium quorum interest, seu quomodolibet interesse poterit in futurum. deduco noticiam per presentes, me mente et corpore sanum et incolumem. quandam piscaturam salmonum. videlicet duodecimam partem iacentem in torrente dicto ræmme. in ampne rafwndum parochia fors. in iempcia. quam emi de tribus fratribus germanis, videlicet de haraldo in wallum parochia rotokil. vlphone ibidem. et laurencio in by. parochia hasio. pro septem marcis iempticis, ad mensam archiepiscopi vpsalensis ecclesie. qui ibi pro tempore fuerit, donacionis titulo dimisisse, iure perpetuo possidendam. Transfero igitur in venerabilem in christo patrem. dominum Hemmingum miseracione diuina. nunc eiusdem vpsalensis ecclesie archiepiscopum. et in eius successores singulos. plenum ius. proprietatis. domini. et possessionis pacifice, predictam duodecimam partem piscature in torrente ræmme. tenendi. occupandi. et possidendi. et de ea. nunc et alias. prout eidem domino hemmingo archiepiscopo. et suis successoribus. placuerit, libere ordinandi. Abdicata michi. meisque heredibus. omni facultate et iure de cetero. prenotatam duodecimam partem piscature salmonum in ræmme. repetendi. distrahendi. seu aliter qualitercunque contra donacionem meam huiusmodi. reuocandi. In premissorum omnium igitur euidenciam et certitudinem firmiores, sigilla honorabilium. et discretorum virorum. dominorum, laurencii de walendathunum canonici vpsalensis. ac Johannis de nordhungarath. angermannie. et augmundi de lijth iempcie prepositorum. necnon thorstani styrbiørnasson aduocati. super terras helsingie. həkari pætharsson legiferi angermannie et fardiækn vnga. vna cum sigillo meo proprio. cum instancia debita apponi peto presentibus et affigi. Datum apud ecclesiam siælawa. in prepositura angermannie. Anno. domini. Millesimo. Tricentecimo. quadragesimo. septimo. die beati Jacobi Apostoli.

Sigillen: Af N. 2—7 finnas obetydliga fragmenter qvar (N. 5 har sköld med spets från venster); N. 1 borta, remsan qvar.

4207.

1347 d. 26 Juli.

Hafnaskär.

Konung **MAGNUS** stadfästar ett mellan Domprosten Nils Magnusson i Strengnäs och Olof i Öfraökna upprättadt godsbyte. (Jfr. N. 2385).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Nos. Magnus. dei gracia. rex. swecie. norwegie et. scanie. Constare volumus. omnibus. euidenter. quod. nos permutacionem. prediorum inter. hono-